Quelle: https://manuscripta.at/?ID=802
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

O augustine preclara pietatis oliva hoc palmite plu-
rimum affluente fructum floruit apostolica latius vinea O
sancta innocens victima summi patris hostia que spiritus
gladio ymolata deo meruit triumphalia mundi premia
Ad angelorum consortia vita prefectus angelica Cum suis
pascitur intima lucis eterne theoria Unde nunc pater
optime nos respice vota suscipe et nostra preconia deo facito
amica Peccantes ~~nos~~ reconcilia salutifera vasa gratie
spiritualis nequitie transfer et emunda Et nos tue festivi-
tatis munere de sinistris excepti gregibus ad dexteram colloca-
ti transferamur in pascua superna Ubi stola iocunditatis
aurea infulatus cum tuis patribus quam celebrem audis
vocem euge intra in gaudia eterna O augustine christi
sacerdotum gloria. Sequitur ewangelium secundum Lucam.

In illo tempore Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Ho-
mo quidam nobilis abiit in regionem
longinquam accipere sibi regnum et reverti. Voca-
tis autem decem servis suis dedit illis decem mnas
et ait ad illos. Negotiamini dum venio. Ci-
ves autem eius oderant illum et miserunt le-
gationem post illum dicentes. Nolumus
hunc regnare super nos. Et factum est dum re-
diret accepto regno et iussit vocari servos
quibus dedit pecuniam ut sciret quantum quisque ne-
gotiatus esset. Venit autem primus dicens
Domine mna tua decem mnas acquisivit
Et ait illi. Euge serve bone quia in modi-
co fuisti fidelis eris potestatem habens supra de-